

Henri Estienne in seiner Ausgabe einer griechisch-lateinischen Bibelkonkordanz von 1594:

Vorrede und Rechtfertigung der Verseinteilung im Neuen Testament 1551

durch seinen Vater Robert Estienne mit Übersetzung

HENRICVS STEPHANVS

LECTORI.



ROBERTVM Steph. parentē meū, literarū bonarū bono natum esse, testati sunt multi, ac testantur quotidie quāplurimi: & omnibus tacentibus, res ipsa id clamat. Sed tam multa in sacras pariter literas (siue Hebr. siue Græco, siue Latino, siue Gallico mandatas sermoni) & profanas, præstitit, vt siquis operā ab eo in vnas nauatā cum ea quam in alteras nauauit conferat, de vtris melius meritum dicere oporteat, in dubio fortasse relicturus sit: quum alioqui nulla dubitatio de hoc relinqueretur, quin de sacris melius mereri cupiuerit. Vltimum autem quod in eas, vel potius in earum lectores, contulit beneficium, minus aliis non fuisse qui iudicant, non insagaci esse iudicio videntur. Id cuius honorificam mentionem facio beneficiū, illud est, quod quum Testamenti noui libri in Tmemata, quæ Capita vulgo vocantur, diuisi essent, ipse horum Tmematum vnūquodque in Tmematia diuisit, vel potius subdivisit: quæ, appellatione ab aliis magis quàm ab ipso probata, Versiculi vocata fuerunt. Nam ipsi vel Græca illa voce Tmematia, vel Latina quæ illi responderet, Sectiunculas, nominare magis placebat. Illam enim veterem Commatum in oratione appellationē (Ciceroni Incisorum) ad alium restringi vsum videbat. Verum, vt his paucis de nomine contentus sim, at de re ipsa plura dicam: initium à duobus sumam, quorum vtrum magis mirari debeas dubitabis. Vnum est, quod Lutetia Lugdunum petens, hanc, qua de agitur, Capitis cuiusque catacopen confecit, & quidem magnam eius, interequitandum, partem: alterum, quod illum paulo ante de hac cogitantem, plerique omnes incogitantem esse aiebant: perinde ac si in re prorsus inutili futura, ideoque non tantum nullam laudem consequutura, sed in derisum etiam ventura, ponere tempus atque operam veller. At ecce, contra eorum damnatricem instituti patris mei opinionem, inuentum illud simul in lucē, simul in omnium gratiam venit: simulque in tantam autoritatem, vt quasi exautorarentur alia Testamenti noui siue Græcæ, siue Latinæ, siue Gallicæ, siue Germanicæ, siue in alia vernacula lingua editiones, quæ inuentū id sequute nō essent.

Henricus Stephanus lectori.

Henri Estienne an den Leser

Robertum Stephanum parentem meum, literarum bonarum bono natum esse, testati sunt multi, ac testantur quotidie quamplurimi; et omnibus tacentibus res ipsa id clamat. Sed tamen multa in sacras

Dass mein Vater Robert Estienne mit großer Gelehrsamkeit begabt war, haben viele bestätigt und bestätigen die allermeisten heute noch. Und sollten alle schweigen, die Sache selbst spräche für sich. Aber er zeichnete sich in den heiligen Schriften (ob

pariter literas (sive Hebr[aeo], sive Graeco, sive Latino, sive Gallico mandatas sermoni) et profanas, praestitit, ut siquis operam ab eo in unas navatam cum ea quam in alteras navavit conferat, de utris melius meritum dicere oporteat, in dubio fortasse relicturus sit; quum alioqui nulla dubitatio de hoc relinquatur, quin de sacris melius mereri cupiverit.

Ultimum autem quod in eas, vel potius in earum lectores, contulit beneficium, minus aliis non fuisse qui iudicant, non insagaci esse iudicio videntur.

Id cuius honorificam mentionem facio beneficium, illud est, quod quum Testamenti novi libri in Tmemata, quae Capita vulgo vocantur, divisi essent, ipse horum Tmematum unumquodque in Tmemata divisit, vel potius subdivisit: quae, appellatione ab aliis magis quam ab ipso probata, Versiculi vocata fuerunt.

Nam ipsi vel Graeca illa voce Tmematia, vel Latina quae illi respondet, Sectiunculas, nominare magis placebat. Illam enim veterem Commatum in oratione appellationem (Ciceroni Incisorum) ad alium restringi usum videbat.

Verum, ut his paucis de nomine contentus sim, at de re ipsa plura dicam: initium a duobus sumam, quorum utrum magis mirari debeas dubitabis.

Unum est, quod Lutetia Lugdunum petens, hanc, qua de agitur, Capitis cuiusque catacopen confecit, et quidem magnam eius, inter equitandum, partem: alterum, quod illum paulo ante de hac cogitantem, plerique omnes incogitantem esse aiebant: perinde acsi in re prorsus inutili futura, ideoque non tantum nullam

sie in hebräischer, griechischer, lateinischer oder französischer Sprache standen) ebenso aus wie in der weltlichen Literatur so sehr aus, dass jeder, falls er den Dienst, den [Robert Estienne] der einen Sparte erweisen hat mit demjenigen für die andere Sparte vergleicht, vielleicht im Zweifel bleiben wird, in welcher von beiden Sparten ihm das größere Verdienst anzurechnen sei, obwohl andererseits kein Zweifel darüber besteht, dass er sich selbst wünschte, sich eher um die heiligen Schriften verdient gemacht zu haben.

Schließlich aber hat er den [heiligen Schriften] oder vielmehr ihren Lesern Gutes angetan, weniger den anderen, die meinen, es sei so nicht gewesen, und die den Anschein erwecken, einem sehr klugen Urteil zu unterliegen.

Diese Wohltat, die ich als ehrenvoll bezeichne, ist folgende: Obwohl die Bücher des Neuen Testaments in Sinnabschnitte, die gemeinhin Kapitel heißen, gegliedert ist, hat er selbst jeden einzelnen dieser Abschnitte in [weitere] Abschnitte geteilt bzw. unterteilt. Diese wurden mit einer Bezeichnung, die mehr von ihm als von anderen bevorzugt wurde, Verse genannt.

Denn ihm selbst war es lieber, sie entweder mit dem griechischen Begriff Tmematia oder mit dem entsprechenden lateinischen Begriff Sectiunculae (kleine Abschnitte) zu benennen. Er sah nämlich, dass die alte Bezeichnung Kommata im Redestil (bei Cicero, wo sie eine Unterteilung markieren) einem anderen Gebrauch vorbehalten sei.

Nun, wenn ich auch nur wenig mit dem Namen einverstanden bin, will ich über die Sache selbst mehr sagen. Den Anfang mache ich mit zwei Bemerkungen, über die man im Zweifel sein wird, über welche man sich mehr wundern will.

Erstens: er reiste von Paris nach Lyon und machte dabei – und darum handelt es sich – diese Unterteilung eines jeden Kapitels fertig, und zwar zu einem großen Teil auf dem Pferd reitend. Zweitens: Er habe kurz zuvor darüber nachgedacht. Die meisten jedoch behaupten, er habe alle [Unterteilungen] unüberlegt gemacht, gleich als ob er für eine unnütze Sache, die deshalb nicht nur kein Lob verdiene, sondern sogar der Lächerlichkeit preisgegeben sei, Zeit und

laudem consequutura, sed in
derisum etiam ventura, ponere
tempus atque operam vellet.

Ac ecce, contra eorum
damnatricem instituti patris mei
opinionem, inventum illud simul
in lucem, simul in omnium
gratiam venit: simulque in tantam
autoritatem, ut quasi
exautorarentur aliae Testamenti
novi sive Graecae, sive Latinae,
sive Gallicae, sive Germanicae,
sive in alia vernacula lingua
editiones, quae inventum id
sequutae non essent.

Mühe habe aufwenden wollen.

Und siehe da, gegen die Meinung derer,
welche die Einrichtung meines Vaters
verdammen, kam jene Erfindung an die
Öffentlichkeit. Sie wurde zugleich von allen
wohlwollend aufgenommen und gelangte
ebenso zu solch großer Autorität, dass die
anderen Ausgaben des Neuen Testaments,
ob in Griechisch, Lateinisch, Französisch
oder Deutsch oder einer anderen
Übersetzungssprache, ihre Bedeutung
verloren, sofern sie diese Erfindung nicht
angewandt hatten.

Quelle: Concordantiae Testamenti
Novi Graecolatinae : nunc primùm
plena editae ... ; Jn his quid
praestitum sit, praefixa ad lectorem
epistola docet [Henricus
Stephanus] / Jn his quid praestitum
sit, praefixa ad lectorem epistola
docet [Henricus Stephanus]. -
[Genf] : H. Étienne, 1594. - [3] Bl.,
535 S. 2°
Vorlageform des
Erscheinungsvermerks: Ex
Typographeio Henr. Stephani.
Anno M.D.XCIII.
Vorrede, Bl. 1^v-2^r